



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XXXVIII. De Procuratoribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

3. *An & Clericis permissum est postulare?*

Clericis, qui sacris initiati DEO accipiuntur, postulare sive agere advocatum coram iudice Ecclesiastico permittitur. Non etiam coram laico, nisi pro propria causa, vel sanguine sibi conjuncto aut Ecclesie suae, aut miserabilium

c. 1. & ult. hoc tit. sonarum, ut orphanorum, viduarum, prosequantur. Similiter Clericis, in minoribus ordinibus adhuc constitutis, permittitur postulare coram iudice laico, si stipendiis sustententur Ecclesiasticis; si minus, victum sibi ex ratione quaerere possunt, dummodo in iudiciis abstineant criminalibus.

4. *An Monachis?*

Nequaquam, neque etiam Religiosi, etsi Clerici non sint, advocatum agere solent, & ne quidem monasterii sui, nisi monasterii utilitas exigat, Abbatis auctoritate, sive agatur coram iudice Ecclesiastico sive laico.

c. 2. b. t.

TIT. XXXVIII.

De Procuratoribus.

Advocatorum publicum est munus honorificum. Procuratorum munus est privatum, & minus honorificum.

rificum, quippe qui fere sollicitando simplex præstent ministerium, idque sive extra judicium sive in judicio.

1. Quis ergo dicitur Procurator?

Qui aliena negotia, mandato domini, *l. i. D. h. t.* administrat.

2. Quotuplex est?

Duplex: nam Procuratorum alii ad negotia, alii ad lites constituuntur (de quibus hic potissimum agitur) qui scilicet in judicio versantur alieno nomine, domini mandato.

3. Quis constituit Procuratorem?

Qui litis vel negotii, quod agendum, est dominus, vel saltem talis, ut plenam rerum administrationem sibi commissam habeat, ut Episcopus, Prælatus, tutor, curator; quamvis hi non tam procura- *l. 9. hoc tit.* torem, cum vere domini non sint, quam *§ l. Neque tutores C.* actorem vel syndicum constituere dicantur, & non nisi latius accepto procurato- *cod. c. 7.* ris vocabulo, ut de universitate Scholarum *hoc tit.* rescriptum est.

4. An excommunicatus?

Talis nec constituere procuratorem ad agendum potest, nec constitui ipse procurator; quia excommunicatus jurisdictione

G

ctione habetur pro mortuo. Ad de-
dendum vero se & potest & debet pro-
curatorem constituere.

5. *Quis constitui potest procurator*

C. intelleximus inf. Non prohibitus nominatim, nec
tunc paterfam. qui sui est juris, verum
De jud. c. iam filiusfam. licet adhuc in patris stirpe
pen. h. t. l. state, modo non sit minor XXV. anni
Exigendi

12. *C. eod.* 6. *Potestas hac procuratoria quibus
expirat?*

Primo sententia lata potest quæ-
rimo debet interponere appellatorem
procurator, verum causam appella-
tis prosequi non tenetur invitus. In
vocatione mandati re adhuc integra

l. c. pen. hoc tit. do revocatio ad notitiam pervenit
tantum procuratoris, verum etiam
c. 4. eod. versarii vel iudicis. III. Morte

Clem. ult. eod. tit. tuentis, etiam quoad negotia jam
vel causas, in quibus per eum anno-
tem fuerit contestata lis.

De Syndico.

TIT. XXXIX.

Tit. hic est veluti appendix præcedenti
eique adhaerere videtur ob viciniam
tem, quæ est inter Procuratorem
Syndicum.